



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

8. Dies Augusti. Totum quod es illi debes, à quo totum habes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Augustus.

Tessera.

615

reddidit, ut quippe nos ad retributionem dati accepta lar-
partes sequuntur. Ante usum enim, & munificentiam liberalitatis
Cæsar haec aliena liber est quispam, beneficiorum fœnore non gra-
orerer ingens. Coguntur autem omnes ipsa conscientia sua ad
eficium reparationem vicissitudinis, postquam caperint debi-
tores. Hinc audi salubria suadentem:

Seneca. Gratia quando datur, studeas ut restituatur.

8. DIES AUGUSTI.

Totum quod es illi debes, à quo totum habes. S. Ber-
nardus. serm. de 40. debit.

I. **O** Homo, quām immersus es
undique Beneficiâ Dei! Quidquid agit, beneficium
est, & illud tuum est benefi-
cium. Natura Dei ideo est beneficia; quia nihil extra
hypothest agere, quod non sit beneficium: & benefi-
cium, quod uni confert; non solum illi, sed omnibus
conferre necesse est. Velut lumina, ipse Pater lumi-
num, diffundit sua munera; quia sine diminutione
si communicatur omnibus, & pro omnibus. Quid-
quid jaculatur Sol, lux est; omnes per illam videre
possunt, nisi claudant oculos. Quidquid efficit Deus,
beneficium est; & per illud omnes sibi prodeſſe pos-
sunt, nisi sint vel maligni, vel infani. Pulchrè de illis
beneficiis S. Bernardus (a) Eccœ in lanuis est, qui fecit
ullam & terram, & Creator tuus est, & tu creatura: tu
eris, ille Dominus: ille figulus, tu ſegmentum. Totum
ago, quod es, illi debes, à quo totum habes: qui & te fe-
ci, & beneficet tibi, qui tibi ministrat ſiderum cursus,
arist temperiem, fœcunditatē terre, fructuum uberta-
tem. Non minùs nervosè S. Augustinus: (b) Conſiteor
tibi

Q q 4

[a] ſuprà [b] Soliloq. c. 2. 8.

tibi beneficia tua magna, quoniam eripuisti me de
ferno inferiori semel, & secundò & tertio, & cento
& millies, & ego semper ad infernum tendebam,
tu me semper reducebas.

II. Dedit se Deus optimo modo, in socium, in p-
tium, in cibum: obtulit se in viam, ut rectè ambul-
in Magistrum, ut rectè credas; in vitam, ut mori-
evadas. Hoc ipsum asserit S. Anselmus; [a] Imper-
ut Deus: terret, ut Dominus: protegit, ut custos: ho-
satur, ut Pater: docet, ut Magister: cohabitat, ut fu-
ter: nutrit ut Mater: blanditur, ut amicus: amplex-
tur, ut sponsus: illustrat, ut Veritas: prævenit, ut
nitas: se manifestat ut Lux: loquitur, ut Verbum: da-
rat ut Sapientia: salutemque præstat, ut vita. Tam
beneficia compensare velle, est benefactorem non
tis cognoscere; compensare nolle, est eundem con-
temnere. Agnosce saltem, te totum quod habes De-
debere. Redde totum, quod es, & tamen nec un-
reddidisti, quod debes. Dedit se totum tibi: qui tu
sum laboravit, ut te lucraretur sibi. Cave oculis, ca-
auribus: attende ori attende operi. Tua non sunt
Dei tui sunt. Furtum est, rapina est, quando aliis la-
viunt, quam ei, à quo, & propter quem facta sunt.
Audi igitur consilium, & sequere monitum S. Aug-
stini dicentis: [b] *Sicut nulla hora est, vel punctum in
omni vita mea, quo tuo beneficio non utar: sic nullum
debet esse momentum, quo te non habeam ante oculum
in mea memoria, & te non diligam ex omni fortitudi-
ne mea. Quid interim faciam? Ingratus esse non de-
beo, gratus esse non valeo. Faciam, quod mihi face-
re, est integrum, supplebo votis; quod non possum
factis.*

[a] *De Humil. c. 46.* [b] *Solilog. c. 18*

Augustus Augustus

III. It-

litore ma-

pore, e-

Quod qu-

beneficia

ipse vales

Iesu, fac

possum c-

& solum

item, qu-

cogitabo

et tibi. M-

l suis di-

us offer-

mori, qui

obuleris

quam tuu-

rit S. Bert-

quidquid

em; gutta-

ervum;

corpus, &

latem me-

latus, ta-

tatum me-

lasmus: C-

neipsum

tum, quia

mo tanti

tum tu es

mittis te-

III

(a) S-

Augustus.

Tessera.

617

III. Itaque opto tot corpora , quot sunt arenæ in
litore maris, tot animas, quot sunt momenta in tem-
pore , eademque tibi in momenta singula offerre.
Quod quidem , dum facio , quid quælo tandem ad
beneficia tua ? Ah ! tantum tibi debedo , quantum tu
ipse vales : Gratum tamen me esse jubes. Eja ergò , mi-
Jesu , faciam , quod jubes; dabo , quod habeo , quod
possum consigno tibi : quidquid in me est optimum ,
& solum meum , totam meam libertatem , & volun-
tatem , quâ deinceps non ut meâ , sed tuâ utar : nihil
cogitabo , amabo , desiderabo , quâm , quod placitum
est tibi. Maloque cæcus esse , quâm videre , quod oculi
displacet , mutus esse , quâm loqui , quod aures
offendit : sine corde esse , quâm te non amare :
noni , quâm tibi non vivere. Sed & hæc , cùm Deo
obtuleris , quid ei offers , quod non sit magis ejus ,
quâm tuum ? Audi igitur , quid in hoc arguento di-
cit S. Bernardus : (a) Cùm ei donavero , quidquid sum ,
quidquid possum ; nunquid istud sic est ? sicut stella , ad so-
lem , gutta , ad fluvium : lapis , ad montem : granum , ad
nervum ? Non habeo , nisi minuta duo , imò minutissima :
corpus , & animam : vel potius unum minutum , volun-
tatem meam , & non dabo illam ad voluntatē illius , qui
tantus , tantillum tantis beneficiis prævenit : qui toto se
tum me comparavit ? O ! quâm præclarè hîc A. An-
dreas : Certe Domine : qui me fecisti , debedo amorituo
meipsum totum , & quia me redemisti : Debedo ipsum to-
tam , quia tantum promittis , me debedo meipsum : totum ,
imò tantū debedo amorituo , plus quâm meipsum : quan-
tum tu es major me , pro quo dedisti te ipsum , & cui pro-
mittis te ipsum . Age igitur gratias pro tot gratiis . Da

Qq 5

æternæ

(a) Suprà.

æternæ Charitati , quidquid tibi in mundo est charum , à quo habes , quidquid tibi est charum . Eius mineris illius metri :

Pondus curarum facit hic , qui dat mihi charum ,

9. DIES AUGUSTI.

Semper illi gratias agere studeamus , à quo gratis datur . *Sanctus Augustinus de verb. Dom. Sermon. 8.*

Dei in I.
nos be-
neficia.

Quidquid accipimus à Deo est gratia ; quia datur gratis unde omnis nostra res ipsa deberet esse continua grati- rum actio . Si ignoras Dei beneficia , accipe hicorum Catalogum , quo omnia rediguntur in fasci- lum . Anima , creatione , Dei imago est ; Redem- ptione , Dei ancilla est ; Justificatione , Dei filia est ; Adoptione , Dei haeres est ; inhabitatione , Dei Tem- plum est ; dilectione , Dei amica est ; despousatione , Dei sponsa est ; adhæsione ad Deum , unus cum spiritus est , infusione gratiæ , Divinæ consors naturæ est ; sanctitate , Dei paradisus est , cui delitiæ sunt , eis cum filiis hominum . Hæc tanta beneficiorum cum- lata congeries quid aliud clamat , quā in trina illa ve- ba : *Accipe : Redde : Cave.* Accipe , Beneficium . Red- de , obsequium , Cave , supplicium . Beneficium , quod tibi in rebus omnibus conditis exhibet ; Obsequium , quod ei , qui dedit tibi omnia , infinitis titulis debet . Supplicium , quod ut ingratus incurris , Deum agno- scens , nec ei gratias agens . Oportet ergo , Deum sine intermissione laudare , (a) *In prosperis ,* (ait Augustus)

(a) *Sup. illud To. in die repleatur.*